



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

3. Vir quid uxori debeat, quoad alimenta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

¶ II. *Qua debeat mater filio, quoad eum lactandum;
& alendum?*

Qværes primò: An mater filium nutrici det li-
centia letandum? Rpondeo: Id certè nemini
causa libens indulget; sed adhuc sine vlla, non ni-
si de veniali condemno; libero autem ab omni culpa,
rationabili existente causa. Ita Navar. *in summa cap. 14.*
Ratio est, quia dummodo infans commodè nu-
tritur, non videtur tam gravis defectus, ut præscinda-
re ab alio inconveniatur; exculari nequeat ab aliqua
competenti causa, qualis esset, imbecillitas matris, mor-
bus, vel quid simile. Inconveniens autem grave, ac
perpetuum mortale, proficiunt; si periculum apparet, ut
infans inveniat gravi morbo, vel grandiusculum esse
malis moribus, præsertim hæc si fore inscien-

Quartus secundò : Mater quædam alimenta filio
 Respondeo : ea usque ad triennium exactum de
 filio etiam spiritum alere, lac præbendo. Cæterum
 inmensæ sunt à patre faciendæ.

Si lacte mater careat, vel lactare filium nequeat, quia
commode (ut loquitur Dicaſtillus l. 2. de inſtitut. 2. b. g.
de l. 1. num. 172.) lactare non poteſt: tunc patris etiam
quis et lactis impenſas ſolvere. Quod ſi pater ſolvendo
non ſit, qua ratione in onere alendi plene filium ſuccede-
re mater gignit, dictum eſt §. precedente num. 1.

matris educti, dicuntur et *supra* matrem
Apud Patrem, an apud matrem proles educanda
adheret his infideli, vel hæretico exiſtente, ut item
temporeſcunt caſus non ſint frequentes, legamus
Doctores, Sench. l. 10. de *matrim. d. 10. et 101. Azor.*
l. 2. cap. 3. 9. Propter eandem rationem, vide apud
Iuſtus in authent. *Sacramentum*, §. quando *mulier tua*
§. 1. in authent. *Et ſine prohibitione*, §. propterea *agitur*,
per omittant Theologi, Malina l. 1. de *inſtr. r. 2. d. 20.*
Quod *impuberi*. Caltro Pal. et Thom. Sanch. apud
Domingo. rati. 3. ref. 11. qua ratione mater, ſi tranſeat
ad ſecundas nuptias, amittit curam, ſeu educationem
filij, et ſive tutelam, et ſimilia. Ego enim de his aliſiquid
dicam l. 7. cap. 1. §. 2. n. 5.

¶ Quærit tertio: Circa expensas à matre pro filio-
nis alimentis factas, in-hunc modum: Antonia geni-
trix filium usque ad decimum annum, vivente pa-
tre, vive præfente, si ve peregrè agente: tum, mortuo
patre, filium alioit usque ad decimum octavum, quan-
do defuisset Antonia filij bona administrabat. Expofcit
matre à filio omnes impensas ab ipsa factas, imò esti-
mationem fuj laboris, legitime expofcit?

Respondeo tres hęc difficultates vno spiritu conge-
latis, tribus necessario dictis distinguendis.

4. Dico primò : Si vivente patrè , aliqui divite , vel
 indite tutore , mater filium aluit , & proteſtate eſt
 ante animo impenſas repetendi , repetere quidem poteſt ,
 ſi *Meſemus* , ff. de negotiis geſtiſi . Si nihil eſt proteſtata ;
 preſentior , ſi non contemplatione patris , certe amo-
 ri filij liberaliter id feciſſe . Simile quod eſſe in marito ,
 quod uxorem alit , non ſoluta à facere dote , docet
 Sanchez , l. 9. de maritima , d. n. 7. Pro foro-interno ſuffi-
 ciens ratio repetendi non vultur , (*l. qui ſci à liberis* ,
 ff. de leg. 1. ff. de liberis agnoſcendis , etiam ſi mater non ſi-
 propter quæſt) ſi concurrent hæc duo , ex Azor. p. 2. lib. 2.
 cap. 3. q. 1. 10. Primò , ut poſitivo animo repetendi auc-
 toris , Secundò , ut omiſſio proteſtationis non fuerit cau-
 ſa damni in patrè , vel tutore ; quando enim pater , vel
 tutor ſi ſciuit , matrem ejuſmodi animo repetendi
 dote , ipſi aluiſſent nullis , vel paucioribus ſumptibus
 non profectò mater in ſcientia non poſſet expenſa
 repetere , quia ipſa fuiſſet in culpa , quod expenſa fuiſſet
 facta ; ſolum igitur illa pauciores , quæ factæ verè fuiſ-
 ſent , tunc inde repetit .

¶ Dico secundò: Si mortuo patre, nulloque tu
to existente, animo positivo se compensandi mate
bona filij administrans, filium aluit, potest alimen
ta repetere, sed, reputatur amore filij id feciss
Paris.

2 475 14

idque maximè, si bona matris, & filij non erant divisa, Ita *ibid.* Quòd si bona divisa erant, & cuique sui rationum liti respondebant: præsumitur in matre ejusmodi filij bona administrante affuisse animum repetendi; id enim ostendit illa rationum, & librorum di stincta divisio.

6. Dico tertio: Estimationem sui laboris nequit mater exposcere; quia mater pro filio laborem suum gratis impendere iure praesumitur, immò fortasse iure cogitur.

§. III. Vir quid Vxori debeat, quoad alimenta;

1. **N**on est nostrum omnia, quæ sibi invicem debent conjuges, hic colligere, cum id fuisse Doctores, apud Truhench. lib. 4. decal. cap. 1. d. 4. profequantur; illud enim tantummodo ex occasione, quod de alimentis filiorum egimus, disputamus: An conjuges sibi mutua alimenta præbere teneantur? Et obligari quidem virum uxori, luce clarius est. *Sta Sanchez de mar. lib. 9. d. 4. à num. 10. ubi citantur Iurisperiti*, quia id extorquet ætæa conjugalis conjunctio, allataque de ab uxore. Immo si vir uxorem inopem sine dote duxisset, illam adhuc alere oportebit; quia sibi vir imputare tunc debet, si indotatam duxit. Inopem, inquam, si enim divitem, tacite jam ab uxore dos promissa censetur: siquidem vxor per Matrimonium se, & interpretativè sua bona, saltem quoad competentem dotem, marito tradit.

2. Eadem obligatione tenetur vir, si dos casu, & sine culpa vxoris pereat, etiamsi vxor propter suam culpam, non tententem tamen directè ad separationem ab ipso viro, sit perpetuo carceri mancipata; etiamsi propter suam culpam in morbum contagiosum, v. g. lepram incidit, vnde separatum à viro habitare cogatur: multò magis, sine culpa sua, ut si, hæc separatio necessaria fuerit propter viri contagium. Ratio horum est, quia id requirit reciprocos conjugum amor. Et sicut vxor non inops maritum exulem, vel in Triremibus propter sua delicta detentum alere tenetur; ita invicem maritus vxorem. Quid si dos pereat, quia, propter vxoris hæresim, aliavè delicta, fuerit publicata, seu fisco addita? *Quæstio est, An vir, an potius pater vxoris ipsam teneatur alere? & distinguendum est, cum Sanch. lib. 9. de matrim. disput. 5. num. 10. Si enim parentes vxore divites sint, ipsi tenebuntur, si inopes, tunc succedat ex obligatione maritus. Quod idem videtur dicendum, si vxor dotem sive valide, sive invalidè*

disfraxit, vel consumpfit, marito non consentiente; quod
est, dorem petire culpā vxoris. Ratio vtriusque dictū
est, quia quando dos culpā vxoris perit, perinde est,
ac si soluta dos ab ipsa non fuisset; in quo eventu non
obligari virum vxori alimenta porrigere, *max* dicemus.
Ad, quod certe dici non potest, si fine culpa, vel casu
pereat. In duobus dumtaxat casibus ab hac obliga-
tione certō liberatur vir. Primō, si vxor recedat a
mariti cohabitatione, sine culpa viri, sed ex propria
levitate: si enim ob viii saviitiam non leuim, (leuen-
tim vxor ferre patienter debet, neque potest pro-
pter leuem culpam separationem, qua est res, gravis
intentare) vxor discedat; non liberabitur vir ab alimen-
da; quia tunc culpa mariti est, non vxoris. Immo
temerē vxor recessit, sed deinde penitentia ducta re-
dire velit; tenetur eam alere vir, quamvis adhuc ex-
tra domum degat: Ratio est, quia penitētia, & emen-
datio culpam, atque addō caput, vnde alimenta nega-
re vir poterat, planē tollit. Hic non loquimur, quando
affuit legitimū diuortium; de quo pluribus Sanchez
lib. 10. marr. per totum.

V₂ integra

integra dote fruereris, integrè aleres: ergo si parte, partialiter.

4. Qui si ij, qui dotem promiserunt verè solvendo non sint? Respondeo, si dotem promisit ipsa vxor, vel ejus pater; tenetur adhuc illam alere vir, nisi dolose ij promiserint, scientes se solvere non posse. Itē idē ibid. n. 4. & 5. At si promisit extraneus (quo nomine hic venit quicumque js fuerit, sub cuius potestate non erat vxor) non tenebitur vir. Horum rationem lege apud Sanchez citatum, apud quem etiam invenies, non posse à viro expelli ab habitatione, vel à debito conjugali vxorem propter dotem non solutam, cum hæc sint longe diversa, non alere, & non cohabitare; nec ex priore posse posterius inferri. Sed prohi! quanti ponderis est habere in eodem testo, & lecto vxorem, illamque non alere. Moraliter, & in praxi hæc admodum sunt difficilia; nam propterea cogitent sapientes, quid hac in re consulendum tandem sit; & legant Authores allatos à Speculatore, tom. 2. decis. 23. §. 8. num. 10. qui contra Sanchez tenent, ob dotem nulla ex parte solutam, posse à cohabitatione vxorem expelli.

Hæc facit sequens dubitatio: Vxor, ex consensu viri, vitam agit extra ejus consortium, sēque suis laboribus alit; accidit autem, ut vir aliquando ad illam accedat, copulamque exigit, quā habitā, denuo recedit, nec illam curat alere, an possit dicta vxor, debitum huic viro negare? Respondet Bauci in Select. 9. 60. de cetero iudicio se submittens, quia resolutionem hanc se non invenisse dicit alio auctore. Respondet, inquam, si vxor est pauper, & vir habet unde se, & illam alat, posse negare, donec resipiscat vir alāque vxorem. Ratio est; quia sævitia est causa divortij: at quæ major sævitia, quā vxorem non alere, cum possit? Neque in hac denegatione requiritur, ait sententia iudicis, nos enim loquimur in conscientie foro, pro quo sufficit autoritas propria, ubi factum est verum, & non sequitur scandalum, ut hic certe non sequitur, quia ex communi consensu facta est separatio.

Hæc ex Bauci, unde dici etiam posset non injuste ab vxore negari debitum viro, etiam simul cohabitanti, si eam indigentem vir non alat, cum possit. Hæc enim par est sævitia, ne dicam major.

Insuper contra Sanchez modò citatum dici posset, plus esse, non alere, cum possis, quā non cohabitare. Non alere enim est sævitia, non verò, solum non cohabitare.

Denique posset etiam dici, vxorem posse dictum virum nolentem ipsam alere, domo ejicere sicuti potest, si ipsi valde sævam se præbeat, (vitato ex aliquo prætextu scandalo, si quod est.) Non potest enim negari, & durissimum esse inopi vxori, & causam esse discordiarum, ipsam fame contabescere, & præsentem videre maritum potentem, sed nolentem ipsi alimenta præbere. Quæ omnia merito sapientiori iudicio submittantur.

§. I V. Vxor quid viro debeat, quoad alimenta?

1. **Q**uoad vxorem quæri potest: An hæc aliquando maritum alere debeat? Respondeo cum Sanchez loc. cit. d. 4. num. 27. multis citatis, debere, quando scilicet pressio ex inopia viro, ipsi suppetit, unde mestio succurrere queat, sive ex bonis dotalibus, sive ex paraphernalibus, siue aliunde conquisitis: hoc enim exposcit mutus conjugum nexus, etiam si maritus culpā suā sit carceri astrictus, sit tristemibus mancipatus, sit infirmus, non autem si culpā suā ab vxore recedat, nisi forte re dire velit; ut ex proximè dictis colligi manifestè potest. Quid, si maritus æs alienum contraxit, ut vxorem aleret; coeturne illud solvere vxor ex propriis bonis marito defuncto? Hæc de re dixi breviter c. 2. §. 2. n. 5.

2. De donationibus inter virum, & vxorem, multa iuris periti: tibi sufficiat legere Molinam, aliōsque apud Dicastillum, l. 2. r. 9. d. 1. dub. 5. à num. 71. Castro Palaum de inst. communi d. 2. p. 2. §. per totam.

§. V. In necessitate extrema quis magis adjuvandum, Pater, & Filius, an Vxor.

1. **S**i quis Patrem suum suūque filium, atque vxorem, fraterque in extrema, vel gravi necessitate constitutos animadvertat: & vni dumtaxat ex auxiliari possit: quærimus, cum Lessi. apud Castro Pal. tom. 1. tr. 6. d. 2. de Char. p. 1. §. 1. num. 2. cuiusmodi auxilio ipsi oporteat; Duo, v. g. modici panis ipsi suppetant in extrema fame, vnum sibi, ut certe potest, referre ad individui proprii conservationem; alterum, cuius comedendum porriget, Patrīne, Fratrinē, an Vxorī, & Filio?

2. Profectò ex communi calculo apud Lessium sit. aliōsque, Patri porrigendum: plura enim debet filius Patri, quā Pater filio, vel quā frater fratri, vel conjugi coniugi: Siquidem filius à Patre, tanquam rivus à fonte, huius vsuram locis percipiat. Habet item educationem, constitutionemque. Quid de laboribus pro Filio à Patre exantlatis? Quid de non interpolata, & nunquam remissa sollicitudine? Quid de expensis? Sicut Aristoteles 9. Ethic. Filius, inquit, bone filius subuenit Parentibus, quāvis ipsi. Vides, quanti facienda sit Patris cura? Non quod ex obligatione se ipse quis possit obligare; nam Charitatis ordo tanquam in primo locum, in vitam propriam collimat; sed, quod possit cum laude, si velit.

3. Dictum signatè est (in extrema, vel gravi necessitate) nam contra illam tenet hominem potius filio succurrere, quā genitoribus, ipsa praxis docet, illi rationi innixa: quia Filius sub cura Parentis est, non autem Patens sub cura filij. Genitoribus item plus debet etiam in communi necessitate, quā fratribus, ratione naturalis dicitur. Ita Castro Pal. l. 1. tr. 6. d. 1. de Char. p. 1. num. 3. De insigni amico, vel benefactore, vide Castro Palaum l. c. n. 10. & 11. & n. 15. Vxor verò potius, quā Patens, vel Filius, est in communibus necessitatibus alenda, ac sublevanda: ita Sanchez. l. 9. de matr. d. 4. n. 2. utpotè in communi commercio illa, tanquam inseparabilis sociā. Marito data, juxta illud Gen. 2. Propter hoc relinquet homo Patrem, & Matrem, & adhærebit Vxorī suæ (vtique in communibus necessitatibus) id quod intelligendum, nē hoc dictum sit contra jus naturæ modo allatum, quo probavimus in extremis, potius esse subveniendum Parentibus, & Filiis, quā coniugi.

4. Quare, his ita explicatis, cum apud aliquos legi absolute potius subveniendum esse vxori, quā Filio. Ita Henric. l. 1. c. 8. num. 1. Castro Pal. l. c. num. 3. citans Suar. Bonac. Coninch. Val. (id quod certe sua probabilitate non caret) sic admitte in nostra sententia, quā probabiliorē putamus; ut sit potius subveniendum vxori in communibus necessitatibus, non verò in extremis.

5. Sed, amabo te, Lector, cui potius opitularetis, si Pater, & Mater perinde indigerent: tu verò non vitæ, sed alterutri opem ferre dumtaxat posses: Patri potius, respondes, quā Matri succurrendum: Ita St. Thom. 2. 2. q. 26. art. 10. Val. tom. 3. d. 3. q. 4. p. 5. sicut enim ordine Charitatis tenemus magis amare Patrem, sic & succurrere. Tua digna pietate responsio: nec deest responsioni ratio, Parentis enim necessitati subveniendum, tanquam principio nostræ originis, est: At nobiliorē, altiorēque principij rationem habet Pater quā Genitrix.

6. Illud hic denique noto: inter hos Consanguineos, adeò strictè conjunctos non esse mortale, dictam prælationem non observare: Ita Rodriq. part. 1. cap. 14. concl. 9. Castro l. 1. tr. 6. d. 1. p. 10. n. 14. citans Suar. & Bonac. quia inter ejusmodi obligationes tantum discrimen non intercedit, ut sub pœna mortali altera alteram antecellat.